

ibi cum suis moratus fuit. Postea ipsam^a dimisit, et eius adiutorio Apuliam petiit et galeas in terram traxit: ibi in litus descendit, et ex ipsis ligneam turrem constituit et^b vallo munivit. Et Latino^c domino Laurenti legatos direxit, ut et eius filiam in matrimonium sibi copularet, quam Turno sponsaverat. Ille sibi eam promisit, et coniugalia dona, scilicet annulum, et mulierem recepit. Quod Turnus ut novit, legatos per omnes partes Italiae^d misit et militum adiuventus multitudine, et concione igitur facta, lamentando huiusmodi verba dicens^e: Audite, viri mei fidelissimi: non sufficit profugis Troianis Grecorum rapuisse uxores, et ob hoc eorum destructa fore civitas^f; sed in Lacium latrocinium intrantes, nostras ceperunt^g rapere uxores. Nos vero non sumus Greci, et eius ex Ilium^h nomine ut fuit civitas Priami, quam ipsi fugiendo tradiderunt inimicis. Utⁱ inde postulo auxilium ad advenas latrones ad nostre terre^k limitem depellere, quatinus uxorem meam valeam habere, et nullus alter alterius coniugem usurparet^l. Ut hoc dixit, unusquisque suas vires promisit. Quidam scutifer per quinquennium domino suo ut^m equum sibi dare servierat et ipsum inpetrare nequibat; audiens Eneam nobileⁿ esse virum, pulcherrimum, bonum militem ac largum donatorem, ad ipsum nocturno tunc tempore fugit, et Turni consilium, equitum numerum, per ordinem recitavit.

Heneas, audita nova, legatos ellegit, qui eius verba propria Tribidis¹ festinanter^o Evandro portarent, et eius amico appolliceretur^p, et si vellet eciam sacramento firmarent, et ut eius auxilium mittere postularent. Pro preteritis necessitatem legati mox properantes, domum Evandri venerunt, et viso domino^q calide percierunt. Evander alte eos suscepit et eorum verba cum magno amore recepit; et Palam, quem unicum abebat filium, cum quatrigenis militibus^r in eius adiutorium misit. Turnus, ut cognovit^s, cum exercitu suo ad Neapoli expeditionem festinat; cum Enea^t et cum militibus suis obviare desiderat^u. Venientibus illis ad locum bellandi, ad invicem concurerunt. Utriusque partis cadunt viri; sternuntur equi, aste franguntur, vexilla cruentantur: hinc et inde nobiles viri iactantes^v sua vulnera lamentantur. Turnus, in armis potens, nobilem Palantem deiecit eiusque capud detruncavit². Heneas, fervens in armis, hostes sternere, et velud leo inter leones laniare non cessat.

a) ipsum 3. b) con v. 3. c) Lavino 2, d) Ytalie 3. e) dixit corr. 3.
 f) civita 2. g) ceceperunt 2. h) ita prior editor; exilium 2. 3. i) unde ras.
 et corr. 3. k) manu recent. superscript. 3. l) audeat usurpare ras. et corr. 3.
 manu recent. m) ras. et corr. 3. n) nobilem 3. o) fertinanter 2; festinantes 3.
 p) pollicerent ras. 3. q) domini cari depercierunt 2. r) gemitibus 2. s) crevit 2.
 t) ras. 3; Eneas 2. u) ras. 3; desiderant 2. v) lactantes 3.

1) Des Tiber, vgl. Vergil. Aen. VIII, 50. W. 2) Cf. Vergil. Aen. X, 480.